Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

Quaestio 6ta

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

v. g. pulchra, & venereæ delectationis excitativa, & in genere suo bona, aut conjugata, & idcirco prætenditur rationem, tum propter hanc, quia nihil volitum nisi cognitum; atque adeo potest voluntas proponere solam rationem delectabilitatis, non proposita altera ratione, videlicet quod sit conjugata, consanguinea. Quæstio 6. quomodo actûs interioris bonitas desumatur à fine extrinseco.

Quæstio 6ta.

Quomodo actûs interioris bonitas desumatur à fine extrinseco.

Etsi finis extrinsecus, seu finis operantis inter circumstantias moralem rationem contineat, specialem tamen de ipso agit eam ob causam, quod non tam respiciat actum ut circumstantia quædam, qua ratione cum aliis circumstantiis convenit, sed est ad eundem actum respectum dicat alterius principii & causæ; siquidem finis extrinsecus exercet rationem causalitatis, & est magis circa eam, quæ circa alias circumstantias, actuum bonitas attendit.

Procedit autem quæstio hæc non de actu intentionis, sed electionis & executionis: utrum & qualem bonitatem, aut malitiam acquirat actus electionis à fine extrinseco, in quem non tam ex natura sua (: sed non finis intrinsecus formaliter) sed ab operante ordinatur, ita ut finis ille operantis sit ratio volendi aliquid aliud, h. e. aliud medium præscriptum. Quod quidem dupliciter fieri potest (: quod bene advertendum :) primo ut finis extrinsecus sit proxima ac totalis ratio appetendi medium, sine aliqua ratione instar medii, ut amor v. g. sola Dei bonitas me movet ad amandum proximum, nulla habita ratione bonitatis ejus propriæ. Secundo ut finis sit sola ultima ac mediata

rão appetendi mediũ, qd̃ videt' manifeſtũ, qd̃ eñ voluntas ad volend' mediũ ſiſtat ipſi, ex intra bonitatem aut malitiam, quam in medio materialiter ſpectato reperit, interim tn̄ eandem bonitatem aut malitiã medij ſlt ordinat ad ipſius finem extrinſecũ, sicut v. g. Eleemoſyna dẽ ſpr ter intra bonitatem hẽt ex obto, & ſlt eandem ordino ad ſatisfactionem ſpenalis.

Conclusio 1ma. Qd̃ quandiu ſed̃m ſe materialiter ſpectatũ, nullam hẽt rãonem bonitatis aut malitiæ, eo qd̃ indifferens ſit, tc̄ hẽt eãdem, cum tn̄ operans ſn conſiderat, ita ut totalis rão illud mediũ appetendi ſit finis extrinſecus, tum interior electio talis medij primariã & eſſentialem ſpeciem bonitatis & malitiæ accipit, n ab obto ſpecio, ſd à fine extrinſeco operantis. Arriaga c. 4. ſ. 3. n° 6. cum alijs.

Rão e: actus volũs dat ſolum actui ſpeciem boni honeſti in ſtum rãonem hẽt boni honeſti, & honeſte appetibilis: atq in prædicto caſu medium ſine obtm electionis n hẽt rãonem boni honeſti formalr, aut honeſte appetibilis præter finem extrinſecum, quia bonũ utile, et ſic accipit ſuã ſpeciem à fine ad quem ordinatr: cæterũ, cum ex hypotheſi mediũ illud tn̄ habeat rãonem boni utilis, nedum tribuit actui honeſtatem, ut bonitatem ex obto ſpecie, unde ſi faciam opus aliquod honeſtũ ſpter ſolum Dei cultum, nulla habita rãone ſpecie honeſtatis, tum illud opus tn̄ habebit rãonem religionis. Idem dicas proportionaliter de turpitudine aut malitia.

Conclusio 2da. Qd̃ ſi mediũ e ſe ſe bonum aut malum, & pxime appetibile ſpter ſuam bonitatem aut malitiam, tn̄ cum relatione ad finẽ extrinſecum, qui habeat bonitatem aut malitiam formalr diſtinctam, tc̄ actus electionis primariam ſpeciem & eſſentialem accipit à medio ſive ſpecio obto accidentalem v., & ſecundariam à fine extrinſeco. Arriaga n° 13 cum S. Tho.

q. 8. a. 1. ad 2dum ubi ait: moralia non recipiunt finem . . . . sed . . . . a fine remoto, sed proximo. Et quia alibi ait: ipsum bonitatis actus moralis attenditur debere ex obiecto, sunt bonitas rei moralis ex sua forma, quae dat speciem: Et mediam . . . . . electionis ex . . . . debitas . . . . illud habet speciem bonitatem, ... operante intendat, dabit electioni primariam & essentialem speciem bonitatis.

Notandum: quod in actu morali ad . . . . speciem bonitatis illa prima est essentialis & essentialis, quae non mutatur, illa vero accidentalis quae mutatur: Et species, quam electio sumit a medio non mutatur, quae vero sumitur ab intentione operantis, mutatur, ut patet, quod si quis aliquis det . . . . eleemosynam ob intrinsecum motivum misericordiae, ea non electio retinebit semper speciem misericordiae, sive interim ordinetur ulterius ad satisfaciendum pro peccatis, ad alium ex extrinsecum finem bonum, sive non ordinetur. Eadem . . . . electio non semper retinet poenitentiae speciem aut charitatis, sed mutat jam hanc jam illam, prout operans aut aliam finem bonum intendit; et ideo finis hic rationem habet circumstantiae, sive accidentalis respectu prioris speciei.

contra

Conclusio 3tia

– Actus internus sit ex obiecto bonus necesse est, ut ordinetur ad finem extrinsecum bonum, nec fiat cum mala circumstantia. S. Thom. h. q. 20. a. 6. et q. 2. Bonavent. Curiel etc. et fere communis Thom. Ratio est: tum quia bonum debet esse ex integra causa; tum quia circumstantia et finis extrinsecus in eo casu debet numerus obiecti totaliter . . . . actum in genere moris, ac proinde cum finis et circumstantia sit mala reddet malum et actum; unde si ob vanam gloriam dos eleemosynam, erit turpis actus.

Conclusio 4ta

Conclusio 4ta. Actus ex objecto bonus, simpliciter bonus est, et si non referatur ad finem extrinsecum operantis. Ratio est: quia objectum bonum et finis intrinsecus operis honestus per se sufficit ad simpliciter [illegible] bonitatem actus, suffer non requiritur extrinseca ordinatio ad finem alium. non tamen negamus quod jam alibi indicavimus expresse honestas et bonitas objecti honestè intendatur.

Conclusio 5ta. Actus ex objecto indifferens ut fiat moraliter bonus debet referri in finem extrinsecum bonum. Ratio est quia talis actus aliquam bonitatem habeat, quam neque ex objecto, neque à fine alio acciperet, quod fieri non potest. Plura vide apud Beccanum c. 4. q. 3. et 4. cujus doctrina est probabilior, quam quorundam diversimode sentientium, inter quos est Vasq. disp. 51.

Conclusio 6ta. non potest fieri ut electio mala moraliter procedat ab intentione simpliciter bona. Probatur. Matthaei non potest arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos. Probatur 2do ratione: intentio, quae alias ex se bona fuisset vitiatur ex circumstantia (: quibus variis :) quibus utique adest mala electio.

Objicitur Intentio, quam v. g. habent haeretici de salute sua aeterna, est bona: simul et bona est illa, quam habent nonnulli de vitandis molestiis carnalium vel tentationum: atque saepe fit, ut ex hujusmodi intentione procedant malae mediorum electiones; nam haereticus eligit Lutheranismum v. g. alius aut fornicationem. Resp. Intentionem haeretici de sua salute et aeterna, de vitanda tentatione esse bonam, quamdiu ille qui intendit, abstrahit à certo medio; at quando illam astringit medio determinato pravo, tunc vitiatur intentio, et fit mala, minuitur tamen malitia ejusmodi electionis nonnihil per se ipso.

Arguitur 1mo. Quia actus electionis bonitatem aut malitiam non accipiat à fine extrinseco. Unus numero actus non potest a

in duabus speciebus, quo actus electionis vel a bonitate obiecti, vel a fine extrinseco nullam accipit bonitatem. Obst. autem 3° unus idemque habitus nequit esse sub diversis speciebus, v.g. temperantiae et religionis, quo respicere non poterit. Resp. negando antecedens. Ad probationem nego paritatem: nam habitus unius vel alterius speciei constituitur, et denominatur in ordine ad actum, vel ad quem facultat, non potest autem idem habitus a diversa specie actus facultare v.g. ad actum religionis et temperantiae; actus vero dicitur bonus in ordine ad rectam rationem, cui sic multifariam conformis esse potest, uno modo, ut regulae in materia religionis; altero, ut regulae in materia temperantiae: juxta priorem conformitatem sumit denominationem actus religionis, juxta posteriorem vero actus temperantiae.

Arguitur 2do. Quod actus electionis saltem interior neque accidentalem speciem participet a fine extrinseco. S. Thom. q. 18. a. 6. ad secundum ait: ordinari ad finem extrinsecum, et si accidat exteriori actui, non tamen accidit actui interiori, ex quo infert S. Thomas similiter, actum internum non accipere accidentalem, sed essentialem speciem bonitatis a fine extrinseco. Resp. S. Thomam in hac tota materia satis ambigue loqui: et tum ad bonum obiectum, cum forte ibi loquitur de illo actu interno, qui versatur circa obiectum, quod ex se bonum est; hinc non finis extrinsecus [illegible] speciem essentialem juxta primam conclusionem: non videtur autem loqui S. Doctor de interno actu, quibus proprium obiectum, de quali actu est nostra secunda conclusio.

Arguitur 3tio ex Aristotele apud S. Thomam: qui furatur propter adulterium, magis est adulter, quam fur, quod non videtur dici posse, si furtum propter adulterium commissum ab obiecto proprio sumeret primariam, et a fine extrinseco tantum secundariam malitiam. Resp. sensum non esse, quod actus magis sit sub specie adulterii, quam furti; sed quod agens ipse vehementiori affectu feratur in adulterium quam in furtum, ubi denominatio furis aut adulteri non tam sumitur ab actu operantis, quam ab affectu praedominante.